



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. VII. De Nouo regno Granatensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

*Fretum  
Magella-  
nicum.*

fretum à se dictum Magellanicum , ingen-  
ti ausu , primus penetrauit . Idem postea  
fretum Franciscus Dracus , & Thomas Can-  
dichius , Angli , Oliuarius Nortius & Geor-  
gius Spilbergius , Belgæ , transnauigarunt  
sed magno omnes cum periculo , & non nisi  
duorum , trium , aut etiam plurium mensu  
spatio impenso .

*Fretū Le  
mairianū* Anno 1616 . fretum nouum , octo circi-  
ter milliaribus latum , quod tribus supra  
Magellanicum gradibus , nimirum quin-  
quagesimo sexto gradu situm est , naues duæ  
Batauæ , ab Isaaco Lemairo , alijsq ; merca-  
toribus Societatis Australis , instructæ dete-  
xerunt , & facillima vnius atq ; alterius diei  
nauigatione transmiserunt ; ductore Guiliel-  
mo Schouteno , patria Hornano .

## CAPUT VII.

DE NOVO REGNO GRA-  
natensi.

**H**Vius regni metropolis est Vrbs S.  
*Fidei de Bogota* nuncupata , ad discri-  
minem alterius opidi , in Prouincia Pa-  
raquaiæ sita , quod simpliciter S. Fidei di-  
citur , & habet insigne Collegium Societat-  
Iesu .

Bogotana S. Fidei ciuitas habet Archie-  
piscopum , cui Popaianensis , Carthaginien-  
sis ,

LIBER IV. CAPVT VIII. 215

sis, & Marthensis Episcopi suffragantur. In eadem vrbe sedem habet Tribunal Regium illius Prouinciae, itemque Collegium Soc. Iesu, cum Seminario S. Bartholomaei.

C A P V T    V III.

D E C H I L E N S I P R O V I N C I A.

**E**ST ea sita ad mare Pacificum haud procul à freto Magellanico, cuius caput censetur Vrbs *Imperialis*, Tribunalis Regij Sedes. In qua Vrbe Paulus V. Papa Episcopum quoque constituit, vt & in vrbē S. Iacobi, eiusdem Prouinciae,

C A P V T    I X.

O R B I S N O V I G Y M ' N A S I A , E T  
familia Religioſæ.

**I**N Orbe Nouo duæ sunt Academiæ seu vniuersitates, in quibus discipline omnes & sublimiores à Professoribus Regijs, more Europæorum publicè explicantur, nimirum Mexicana & Limensis.

Habent item Patres Soc. Iesu sua passim gymnasia, in quibus iuuentutem optimis & litteris & moribus imbuunt.

Sunt autem in Orbe Nouo sex diuersæ Religiosorum hominum familie seu cōgregatio-